



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

63. Psittacus. Ex eodem Florid. lib. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

PSITTACVS.

Descriptio LXIII.

Psittacus avis Indiae est, iostar illi minimo minus, quam columbarum, sed nec colorum columbarum. Non enim lacteus ille vel liuidus, vel vtrinque subluteus, aut sparsus est, sed color Psittaco viridis, ex intricis plumulis, & extrimis palmulis, nisi quod sola ceruice distinguitur. Enimvero ceruicula eius circulo niuco velut aurea torqui pari fulgoris circumactu cingitur, & decoratur: rostri prima duritia, cum in petram quampiam concitus altissimo volatu, praecipitat, rostro se velut anchora excipit. Sed capiti eadem duritia, quae ro-

stro: cum sermonem nostrum cogitur amulari, ferrea clauicula caput tenditur, imperium magistri ut perfecticat, haec ferula dicens est. Discit autem statim pulvis usque ad duos annos suae aetatis, dum facile os uti conformetur, cum tenera lingua, uti conuibreretur. Senex autem captus, & indocilis est, & obliuiosus. Verum ad disciplinam humani sermonis facilius est Psittacus glande qui vescitur, & cuius in pedibus ut hominis quini digitali numerantur: Non enim omnibus Psittacis id insigne, sed omnibus proprium: quo eius lingua latior, quam ceteris avibus, eo facilius verba hominis articulantur patientiore plectro, & palato. Id vero quod dicit, ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur, ut vocem si audias, hominem putes. Nam quidem si videas, idem conari, non eloqui.

Id. Florid. lib. 2.

PAVO, EX LUCIANO.

Descriptio LXIV.

Ο δὲ τὰς ἡρώδης ἀρχομένους, πρὸς λειψάνων ἰσθμῶν ἐλθόντων, ὡσὺν καὶ τὰ ἀνθη πρόσεισιν, οὐ ποθεινότερα μόνον, καὶ ὡς ἂν ἔποι-
 λες, ἀνθηρότερα, καὶ τὰς βαρῆς χαλαρότερα, τότε καὶ οὗτοι ἐκπετάσας τὰ πτερά, καὶ ἀνα-
 δείξας τὸ ἦλος, καὶ τὴν οὐρανὸν ἐπάρσας, καὶ πάν-
 τοθεν αὐτῶν περισήσας, ἐπιδείνεται τὰ ἀνθη τὰ
 αὐτῶν, καὶ τὸ ἔλαρ τῶν πτερῶν, ὡσπερ αὐτὸν
 προκαλοῦντες τὸ λειψάνων ἐς τὴν ἀμίλλαν.
 Ἐπιτρέφει γένεαυτὸν, καὶ περιάγει, καὶ ἐκπομ-
 πεδοῖ τὸ κάλλος. ὅτε δὲ καὶ δαυμασιώτερος
 φαίνεται πρὸς τὴν αὐγὴν, ἀμαφομέναν αὐτῶν
 τῶν χρωμάτων, καὶ μεταβαλλόντων ἡμέρα, καὶ
 πρὸς ἕτερον εὐμορλίαν ἔτι ζεπομένω.
 πᾶσχει δὲ αὐτὸ μάλιστα ἐπὶ τῶν κύκλων ἐξ
 ἑπ' ἀκροῖς ἔχει τῶν πτεροῖς, ἰριδὸς ἑπ' ἑκα-
 στον περιδεύσας. ὃ γὰρ τῶν χαλκῶν ἦρ, τὸ το
 ἐγκλίνας ὀλίγον, χρυσοῦς ὡς δὴ, καὶ τὸ ὑπὸ
 τῶ ἦλος κωναυγῆς, εἰ σκιαδῆς, χλοαυγῆς
 ἔσται. οὗτω μεταβαλλεται πρὸς τὸ φῶς ἢ πῆμα-
 σης.

Pavo autem incipiente vere ad pratum ali-
 quod accedens, quando & flores prodeunt
 non amabiliore modo, sed & (ut ita dixe-
 rit quispiam) floridiores; & quod ad colo-
 rem, & tincturam attinet, liquidiores: ipse
 quoque extensis pennis, isque ostentis solis,
 & sublata cauda, eamque vndique circa se
 pandens, spectandos exhibet, & illius flores,
 & ver illud pennarum, perinde ut prato, ad
 huiusmodi contentionem, & certamen ipsum
 prouocante: conuertit quippe seipsum. & cir-
 cumagitur, & quasi quamdam pompam agit
 pulchritudinis suae: quando videlicet, etiam
 admirabilior apparet ad splendorem solis, va-
 riantibus se coloribus, & paulatim in alios, at-
 que alios transeuntibus, aliamque, ac nouam
 formositatis speciem subinde recipientibus.
 Accidit autem hoc potissimum in circulis,
 quos in summis pennis habet, quorum quem-
 libet, quasi quaedam irides circundant. Nam
 qui ante aereus visus fuit, mox inclinante se
 paulum illo aureus conspicitur: & rursum quod
 ad lucem apparuit, si sub ymbra transfera-
 tur, viride videbitur. Ad eod ad luminis vicissi-
 tudinem pennarum ille ornatus variatur.

Lucian. de domo.

161110